

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. 0.50 pro unoquaque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA	IN ANGLIA	IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.	IN GERMANIA	IN CANADA
Apud GEBETHNER ET WOLF	Apud BURNS AND OATES	Apud FRIDERICUM PUSTET S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.	Apud FRIDERICUM PUSTET S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.	Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES
VARSAVIAE POLOXORUM Krakowskie Przedmiescie, 15	LONDON W. 28, Orchard Street.	NEW YORK 52, Barclay Street.	CINCINNATI 436, Main Street.	MONTREAL 1699, Rue Notre-Dame

RERUM INDEX

XIX SAECULI CIVILES EVENTUS	P. R.
DE COMMUNI OMNIBUS ELOQUIO CONSTITUENDO	Senior.
EX GALLIA - Latinae humanitatis triumphus	L. P. Microvir.
DOMINICUS CIMAROSA	I. Antonelli.
COSACORUM EXERCITATIONES ET LUDI	A. Costagginii.
AN. CHRIST. M DCCCC PRIDIE KALENDAS Ianvarias a Iesu Christo INEVNTIS SAECVLI AVSPICIA	LEO PP. XIII.
HORAE SUBSECIVAE - Sub icone S. Caeciliae a Raphaele Urbinate depicta -						
De Sensu decori	I. Battanius.
ROMANI FORI MONUMENTA NOVISSIME REPERTA	Forfex.
CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONIANUM DICITUR	G. P.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
MIRABILIA CAELI	P. A M. Rovitti
ANNALES	Poplicola.
VICTORIA REGINA, IMPERATRIX	P. Rossani.
IOSEPHUS VERDI	Vox Urbis.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	I. A.
ANAGRAMMA						E. B. 14

In tertia operculi pagina.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCI

—
M.DCCCCCI

PROSPECTUS
SUBNOTATIONIS
Commentarii VOX URBIS
ANNO MCMI

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 $\frac{1}{2}$**
recto tramite mittendum

ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem
ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

I. - Qui nomen commentario dederit premiumque subnotationis
sive diribitoria chartula, sive credita et commendata epistola recto
tramite miserit ut supra, pridie kalendas Octobres an. M CMI
praemium sortietur, quod ad provehenda studia dicitur.
Idem tot aureis nummis constabit, quot

Summam Mille Libellarum

(1000 francs)

aequent.

II. - Qui e sociis chartulam, quam ad hoc accipiet, remiserit
suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus
tantummodo commentariis solvet premium; tertium dono habebit;
atque tamen tria nomina in urna ad praemium consequendum
versabuntur.

In Italia
Lib. 15,

XIX SAEC.

DINUMERATI
ratisque
mus xix saecul
praestat vicissim
dum aevum id
cum ortum vidi
fortuna, eiusque
miense, Rastatu
foedera, ex Adri
ditanis litoribus
Eylau et Tilsitt
victoriae; sed Ru
vinctis, immane
itinera, incendia,
sibus misere con
tus Europae rest
quem Napoleon
diebus vocarunt
terloo suprema
teres reges sua q
Germanorumque
cui Austrorum

At secreta u
sunt, ita ut regu
obiicere oportue
positus, et « Sacra
scordia vero paul
Serbis in Turca
ipsi faverunt, dei
ferioris Americae
iuarent Anglia
erogarunt. Igitu
navali pugna T
publica iterum su
a. 1830 celeberr
tim Carolum X r
Philippus success
discedentes, prop
tuere, eodemque
conati sunt, ut se
quos, sexto post
runt. Sed huius
seditiones sequu
pulo civilium ordi

Anno 1848-
Philippo Ludovi
ptum et popular
pagataeque inde
Italorum, Boruss

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS: In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam: Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR: ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE - Via Alessandrina, 87.
--	---------------------	---

XIX SAECULI CIVILES EVENTUS

DINUMERATIS in superiore numero commemoratisque publicis eventibus, quibus extremus xix saeculi annus commotus est, ea nunc praestat vicissim recolere gesta, unde memorandum aevum idem omne evasit. Quod quidem, cum ortum vidit, magni Napoleonis summa erat fortuna, eiusque imperium, post rata Campoformiense, Rastattense, Lunevillense, Basileense foedera, ex Adriatico mari ad Balticum, ex Gadicitanis litoribus ad Niemen flumen attingebat. Eylau et Tilsitt novae Gallorum aquilis partae victoriae; sed Russis, recenti vix pactione sibi devictis, immane bellum vicit; quem tamen itinera, incendia, nives et glacies paucis post mensibus misere confecerunt. Tunc Vindobonae coetus Europae restituendae a Metternich indictus, quem Napoleonicum bellum, quod a Centum diebus vocarunt, parumper interturbavit. Waterloo suprema Gallorum parta clades, unde veteres reges sua quisque in regna redintegrati sunt Germanorumque novum imperium constitutum, cui Austrorum Imperator praefuit.

**

At secreta ubique sodalitia constitui coepta sunt, ita ut regum principumque novum foedus obiicere oportuerit: cui Russorum Caesar praepositus, et « Sacrum foedus » nomen inditum. Discordia vero paullatim vel inter principes irrepsit: Serbis in Turcas primum insurgentibus Russi ipsi faverunt, deinde Graeciam, atque Ibericas inferioris Americae regiones, dominos eicientes, ut iuvarent Anglia quoque et Gallia arma opesque erogarunt. Igitur anno 1828, ad Navarrinum navalii pugna Turcis superatis, Graecorum res publica iterum surrexit. Galli autem, Iulii mensis a. 1830 celeberrima decreta aegre ferentes, statim Carolum X regem depulerunt, cui Ludovicus Philippus successit. Belgae paulo post, a Batavis discedentes, propriam sibi rempublicam constituere, eodemque tempore Poloni extrema vice conati sunt, ut seipsos in libertatem vindicarent: quos, sexto post mense, Russi iterum compresserunt. Sed huiusmodi bellum Lusitana et Iberica seditiones sequatae sunt, ex quibus utriusque populo civilium ordinum libertatem assequi contigit.

**

Anno 1848-Guizot in Gallia regis administratio-Philippo Ludovico sua vice imperium ademptum et popularis civitas iterum restituta; propagataeque inde seditionum flammae ad finitimos Italorum, Borussorum, Danorum, Hungarorum-

que populos; quibus tamen cito armis oppressis, reges et principes ubique per Italianam munus resumpsere. At Napoleon, cui nomen tertio, Gallorum reipublicae praeses, patrui sceptrum corripere studens, aemulis omnibus in carcerem vel in exsilium pulsis, regnum occupavit. Pacem insuper vix redintegratam, Nicolaus I Russorum Caesar fregit, Christicolarum, qui per Orientis partes morarentur, patrociniū usurpare contendens. Asum Galli Anglique sibi ingratum iunctis viribus una cum Sabaudiae regis exercitu Chersoneso in peninsula bello repulerunt. Ea inter Austri regiones apud Danubium flumen occuparunt, sed, Napoleonio ipso auctore, an. 1859 armis de Italica libertate decertare iterum coacti sunt. Fortuna belli Gallorum Italorumque armis favit, Longobardia Sabaudis regibus tradita. Horum dominium anno insequentī auxerunt primum Etruria, Romandiola, Picenum, et Umbria provinciae, et continuo utriusque Siciliae regnum: licet igitur eodem anno Italicum regnum edicere.

**

Nec satis: anno enim 1866 Borussi aemulatione imperii in Austros excitati, de Schleswig-Holstein, Danorum provincia, quam mox occupaverant, ad arma cucurrerunt. Borussi Itali consociati sunt, belloque prospere confecto, Venetiarum litora Italiae redditā; Borussi autem ceterique Germanici Imperii populi ab Austro-rum patrocinio vindicati. Invidia inde metusve finitimae gentis Gallos pervasit, qui an. 1870, cum ob Iberorum regem sufficiendum novae simultates orientur, ad bellum in aemulos insurrexerunt. Victis Gallis, atque eorum Imperatore destituto, Romam, quae eius patrocinio contra Italorum arma defendebatur, Italicus exercitus occupavit; Borussi vero imperium alterum Germanicum Vilhelmo I Caesare considerunt, frateraque Gallorum tercia republica, Lotharingia atque Alsacia provinciis potiti sunt.

**

Septem post annis, ut gentes, quae circa Danubii ripas incolunt, e servitate liberae fierent, iterum Russi in Turcas exercitus moverunt, atque diuturno bello hostes vicerunt, unde plerique illi populi suum quisque principatum obtinuit. Inde, quamvis Serbi et Bulgari anno 1866 alii in alios insurrexerint, ob Bulgarios populos in unum inopinato coeunt; quamvis iterum anno 1897 Graeci de Cretae insulae libertate infelicitate cum Turcis conflixerint, Europae pacifica quies graviter turbata non est, sed de coloniis deducendis, ut pluri-

mum, labore et audacia decertatum. Africæ pri-
mum, deinde Asiae extrema litora Galli, Angli,
Batavi, Belgae, mox Germani et Itali tenuere;
ipsaeque Americanæ nordicae foederatae civi-
tates in campum tandem descenderunt, deiectisque
Cuba atque Philippinis ex insulis Iberorum armis,
suos fines et ipsae producere contenderunt.

**

Quamquam extremis hisce annis Iaponii quoque ex ultimo Oriente, Europaeorum ad instar armis et artibus instructi, ad certamen prodiérunt, Sinensesque aemulos semel iam bello superarunt. Hos autem, etsi primae victoriae fructus omnino derelinquere coactos, validissimos tamen auxiliarios Europæi omnes et Americani hodierno cum Sinensibus bello habuimus, licet extrema tanti moliminis sors nulli hactenus praenoscenda illucescat. Nec dissimili anxietate de Boerorum Anglorumque fortuna ad Africæ caput constanti bello agitata nos elapsi saeculi filii commovemur. Haecne spōnnerat Haganus de pace conventus, quo saeculi occasus memorandus est factus? Haecne per elapsum mox tanto gaudio sacrum annum deprecati sumus? O utinam novo iamque exorto aevo faustiora comparet Deus, liceatque nepotibus tandem pacis et iustitiae videre triumphos!

P. R.

 DE COMMUNI OMNIBUS ELOQUIO

CONSTITUENDO

ELPIUS, quem honoris causa nomino, elucubrationem praelo iterum edidit suam, qua de lingua facillime discenda ac docenda prius agens, tum de necessitate, qua premur, ut una eligatur et sit; deinde in sententiam veniebat illustrem, ut latina ad hoc lingua, tanquam aptissima, decerneretur (1).

Iucundissimum nobis legentibus opusculum fuit, et opus et auctorem operis maximopere laudamus, qui voti compotes facti sumus quæstionemque in nostro commentario constituimus, ut una eademque apud omnes latina pronuntiatio esset. Non autem quae ille proponit, de perpetuo eruditorum senatu constituendo, cui auctoritas sit ad amplificandum et regendum eloquium ut integrum plenumque et vivat et sobolescat, ausi sumus in medium proferre, tum

(1) G. ELPI, *La lingua universale*, Romae, ex off. Paravia et Soc., 1900. — Rem nuper tractavit etiam vir cl. HERMANNUS DIELS in Germanico commentario, cui *Deutsche Revue* titulus. De hoc scripto, maximi quidem ponderis, proxime disceptabimus; nunc satis sit auctori gratias agere ob tributum *Voci Urbis* honorem. Scripsit enim nos re demonstrare latinum sermonem proclivem, ut communis omnibus fiat.

ne in aemulationem, aut in invidiam incideremus, tum ne aliquid, quasi ad gloriam nostram, ambitiosi aggerere videremur. At quoniam nunc Elpius ista protulit, decet iuvatque rem ipsam altius intoscipere ac pertractare.

Quemadmodum - ita Elpius ratiocinatur - astronomiae leges duae, eademque contrariae sunt, quibus regitur, agiturque et servatur astrorum populus, altera quae ad centrum omnia trahat, altera quae a centro omnia distrahat, atque ex harum discordi concordia singula mirabiliter perseverant, ita societatis humanae duae sunt leges, quae circumagunt populos, reguntque et servant. Altera enim gentes certis cohibet limitibus atque continet, altera extra limites hosce propellit in alienos atque cogit. Illa extraneos amovet, haec in extraneos movet; illa ut suis quisque sibi vivat, haec ut sua communicet aliis. Dum autem haec disponuntur iustitia, ac temperantur aequitate, admirabilis ille ordo nascitur, quo totum humanum genus quasi familia quaedam sit, cuius gentes, totidem sere fratrum sororumque consortio, perennentur; unus autem omnium et Rex et Pater aeternus Deus. Quid autem pulchrius, quid optabilius, quid iucundius ut inter hos, sicut unus est omnium Pater, una domus orbis terrarum, una felicitas est, libertas cum religione et copia rerum, et morum honestate coniuncta, ita et unus pariter sermo sit? Communem dedit sermonem natura populis, eumque unum, quem omnes retinent, quo utuntur omnes; omnes quipe risu gaudium, dolorem fletu, moorem suspiriis, laetitiam exultatione, terorem, horrorem pallore ac tremore denuntiant. Communes pariter haec dederat sonos, quibus et singuli reliquos, et reliqui singulos intelligenter; eorum elementa ita adhuc innatant in singulis populorum sermonibus, ut facile coniici possit aedificia haec omnia una e fodina, eademque communi, habere sibi comparatos lapides certi generis, certaque speciei.

Sed gentes cum e parentum fratrumque contubernio exsulassent, priscae consuetudinis et consanguinitatis sunt oblitas, et morum, soli, caerulei diversitatem diversitas nominis, varietatem gentis varietas sermonis prona sequuta est, quasi flumen declivia.

Atque haec uti exstant, interiecta terrarum, aquarum, alpium, solitudinumque, silvarumque intervalla fecerunt, dum religio, urbanitas, commerciorum necessitas, negotiandi indoles, et sciendi cupiditas mollit mores, viasque sternit, aptat navigia, vincula societatis pristinae restaurat. Adhuc autem obstabant viarum tractus, ventorum inclemencia, et ad mutua colloquia, non praeter hominis et cuiusvis ingenii vires, satis et idonea paucarum linguarum peritia habebatur. Mox, ubi vapore et electride illatis, breves omnes viae, exigua omnia intervalla facta sunt, iam non sufficit homo sermonibus descendis, qui unius anni decursu cum sexcentis diversae sermocinationis populis colloqui potest, immo cui cum sexcentis colloqui necessum sit. Inde instantior urget necessitas sermonem instaurandi, qui sit communis omnibus, facilis, promptus, accommodatus dicendis.

Speravit olim Gallia id suo fieri posse. Nunc posse desperat. Idem Anglis, idem Germanis in voto. Sed iam Anglicus a nativo apud Americanos sermo discrepat, neque Germanicum eloquium tale erit quod et Moschum, et Gallicum, et Anglicum superemineat. Cogitatum proinde est etiam de novo condendo, quod Volapuk nuncuparunt. At hoc incertum et falax, neque ad omnia opportunum, neque singulis et omnibus facile. Haec inter subita vox orsa est de reducendo latino sermone, qui certus, qui universalis, qui pueris ubique traditur, qui ubique per Mi-

nistros christiana religionis insonat, qui parvis elementis constat, et in quo plura sunt germina ab orientalibus regionibus, et a quo plura in Anglos, in Germanos fluxerunt. Adde quod invidiam exterarum dominationis non includat, adde quod eruditorum hominum in more iam sit, adde quod eodem plane modo et manu scribatur et proferatur ore, neque vocalibus literis isdem modo sit hians, modo hiulcus, modo blaesus, modo asper sonus, sed semper idem sibi constet et persat qualis alphabeto traditur, qualis nota signatur.

Non exigua haec virtus, non haec angusta eloquio et eloquii commendatio, cui, si, quod Elpius cupit, accesserit, quod nempe cogatur ex eruditis Europae coetus, qui, rerumpublicarum rectoribus conspirantibus, instituant certas leges, quibus idem apud omnes et ubique sermo hic pronuntiatione sonet, qui decernant ipsis ab unguiculis ubique pueros in hoc erudiendos, qui senatum in Urbe statuant vigilem super hisce ac tuentem, nos credimus non longius fore ut hic sermo iam in more hominum plenior habeatur.

Quod enim olim disceptum in totidem hostes, quot populos, nunc instinctu numinis, ut credo, maturat ad pristinam redire unitatem, uti tot laetetur fratribus quot populis constat, hoc autem constituet felicitatis annos in tranquillitate publica, qua et optimae quisque agat et beatissime vivat.

SENIOR.

EX GALLIA

Latinae humanitatis triumphus.

Quid, ante omnia, sibi vult *Vox Urbis?* Quid et scriptores et socii sibi proposuerunt? A principio et procedente tempore semper magis, faustis sub omnibus, latinam linguam in pristinum decus restituere, ut quae, non sane inter omnes orbis incolas, sed tamen inter doctos et humanos, communis fieri posset, sine ullius gentis vel odio, cum sit in medio posita, veluti thesaurus, qui semper ad manus praesto sit.

Tale consilium, profecto non ignobile, satisque laudandum, habuerunt iamque a Paulo III pontifices maximi, qui et summi fuerunt viri. Verum multis de causis, quas memorare longum est, propositum omisum; quin etiam hodie apud nos, haeredes magni nominis, latinus sermo ut inutilior saepe impugnatus!

Verum qui hodie adolescentibus erudiendis publice in Gallia praeest, cognomine Aquaeus (Gallice Leygues) satis intellexit non aliud esse mentis gymnasium, nec melius, nec altius quam latinum, et aperte declaravit, reique consuluit. Tandem igitur vicimus apud populum sanguine, qui dici potest, nobis coniunctissimum; victoriamque edicere eo magis gaudio mihi vertitur, quod, ex Batavia profecto, primae Gallicae epistolae argumentum praeberuit. Id felix faustumque humanitati sit, et *Vox Urbis* commentario latius in hac latina gente evulgando! Valete.

L. P. MICROVIR.

Vultus ac frons animi ianua, quae significant voluntatem abditam et occultam.

CICERO, *De petit. consul.*

Cor in quatuor affectibus est: quid diligas, quid metuas, unde gaudeas, seu contristeris.

S. BERNARDUS.

DOMINICUS CIMAROSA

DOMINICO Cimarosae, cuius obitus Austri simul, Russi et Itali centenariam commemorationem his diebus recoluere, natalem urbem non sine felici auspicio ducimus fato adlectam. Ea quidem Atella fuit, Oscorum notissimum oppidum, unde Atellanae fabulae apud veteres dictae. Si quae enim exstitit in edendis musices notis princeps Dominici laus, eam ferme in comoediis sonitu et concentu exornandis vir obtinuit, quae, ut olim illa exodia, ad exhilarandos animos maxime valerent.

Sed et vitae quoque vicissitudines faciles plenumque et planae et plausi gloriaque gratae Dominico cesserunt.

Parentibus pauperrimis genitus: pater, fabrili murario operi ad novas regales aedes, quae in Capite-montis Neapolii exstruebantur, addictus, die quadam, e contignatione collapsus, atroci occasu obiit. Tunc Sodales a Sancto Francisco viduae et puerulo subvenerunt, fuitque inter eos Polcanus quidam, organo Iudens, qui *Domincum* musicis numeris vehementi natura pertractum primus cognovit. Quare adhuc potentium officiis, in lyceum, cui a B. V. Lauretana nomen, publico impendio puer exceptus est. Manna, Sacchinius, Fenarolius alias post alium magistri recoluntur, quos undecim per annos Dominicus audivit. Diligentia et assiduitate non minus quam peritia modulandi scribendive sodalibus exemplar factus, cymbalo, et organo, et cithara, et fidibus, et barbito ludere callidissimus omnium evasit.

Anno 1772 musicali e palaestra egressus apud Ballante, viduam opibus et genere eximiam, hospes mansit, patrocinumque eius adeptus, filiam deinceps uxorem duxit. Tunc primum in *Florentinorum*, quod vocatur, theatro iocosam fabulam musicis notatam numeris civibus proposuit, cui nomen *Comitis amentiae* (Italice: *Le stravaganze del conte*) exodiumque ei appictum *Merlini ac Zoroastri maleficia* (Italice: *Le magie di Merlino e di Zoroastro*). Exiguus huiusmodi exordiis plausus, sed qui *Theatro Novo* praeverant susceptores iuvenem cito sibi addixere per triennium, quod illustre reddidit novis operibus quatuor, exodio uno. Rediit autem ad *Florentinos* a. 1777 novosque semper triumphos, quoties novas proponeret comoedias, lucratus est.

Verum statim ac tantae peritiae laus Neapolitanos fines transgressa est, undique non modo ex Italia, sed ex omnibus Europae gentibus reges et principes, ut Dominicus opera recrearentur, inter secesserunt. Romam, Mediolanum, Venetas, Florentiam, Augustam Taurinorum, Vicentiam aliam statim post aliam nec semel nec bis revisit, nobilissimis in aulis exceptus, pecunia ubique et donis cumulatus. Culmen autem gloriae et popularis aurae ab a. 1787 ad 1793 vir obtinuit. A Russorum Caesare adiutor, ut Paisiello aegrotanti sufficeretur, triumphali veluti itinere, apud magnum Etruria ducem, apud Parmensem aulam, apud Franciscum II imperatorem Vindobonae, apud Stanislau Poniatowski Varsaviae, cum pertransiret, exceptus est, ac dives laudibus et auro factus.

Petropolim tandem cum pervenisset, quinquennio inibi moratus est, usquedum, Catharina II imperatrice, bellum exarsit. *Cleopatram et Virginem a sole* opera huius quinquennii praecipua scripsit: optimates in aula Caesaris multos musicen docuit.

Rediens tandem eamdem per viam, Varsaviae iterum tribus mensibus cum permanisset, Vindobonam iterum attigit, atque a Leopoldo II imperatore regalis sacelli magister est adlectus, inque ipsis im-

perialibus aedi pulcherrimam clandestinum (latus est, quae peratore agere audientibus evadere cupiverint nentibus lauto imperator repr musices opera triae revisenda ubi nova editi riatorum fabula Neapoli, ipso acta est.

Sed publicam inopinato Gallis pervasa, civitas constitut ceterosque viro novandae reipu sibi carissimos motus, hymnum iurisperito descri

At redeuntibus Russoque exercitum publicae adserto inter vates ipse novum hymnum centibus instrubantur, in carcere ptitivus mansit super Russorum Caesaris cessa est. Verum rionesque tumul fractisque portis vias, humeris sibi

Paucis post die ingredetur, Veneris aerumnis e

Funebra eius citi Angeli celebrantur concurrente, canrant musices arti placuit notissimum ratiis magister ipsi

Dominici cin verso fato; nam diruta est, dispersa memoria iam illa su monumentum mu bana, sutavis, eleg ipse, iocosa mu ferme aliunde que tiam stilumque re habendum sit.

COSACORUM

INSTRUCTAS legem emergentes ut arcibus, e silvis, nientes vexillum, lonorum bellis eius inscripsit, ad vitam memoria cessura equitantes et cur inquam, ut descripsi horrentes silva, v

OSA

s Austri simul,
memoriam non sine felici
quidem Atella
unde Atellanae
enim exstitit in
inici laus, eam
ant exornandis
ad exhilaran-

nes faciles ple-
que gratae Do-

ater, fabrili mu-
quae in Ca-
addictus, die
atrocí occasu
isco viduae et
eos Polcanus
um musicis nu-
mimus cognovit.
lyceum, cui a
pendio puer ex-
polius alius post
decim per annos
itate non minus
sodalibus exem-
cithara, et fi-
omnium evasit.
egressus apud
ximiam, hospes
s, filiam dein-
Florentinorum,
am musicis no-
nomen Comitis
(onte) exodium
maleficia (Ita-
stro). Exiguis
Theatro Novo
i addixere per
operibus qua-
entinos a. 1777
novas propo-

s Neapolitanos
odo ex Italia,
es et principes,
sese decertare
metias, Floren-
n aliā statim
nobilissimis in
is cumulatus.
rae ab a. 1787
Caesare advo-
ur, triumphali
ducem, apud
imperatore
ski Varsaviae,
es laudibus et

quinquennio
imperatrice,
a sole opera
optimates in
Varsaviae
et, Vindobo-
imperatore
que ipsis im-

perialibus aedibus hospitio donatus. Tunc temporis pulcherrimam ipsius comoediārum, *Matrimonium clandestinum* (Italice: *Il matrimonio segreto*) modulatus est, quae quidem cum primum coram imperatore ageretur tam iucunda tamque exquisita audientibus evasit, ut statim omnes eam iterum audire cupiverint. Quare et ludentibus musicis et cantibus lauto statim convivio refectis, iterum iussit imperator repraesentari. Eodem anno duas insuper musices opera Vindobonae compositū; tandem patriae revisendae studio correptus Neapolim remeavit, ubi nova edidit, inter quae *Horatiorum atque Curiatiorum* fabulam, quae et Romae et Venetiis et Neapoli, ipso moderante, nova semper cum gloria acta est.

Sed publicae rerum vicissitudines tantam fortunam inopinato fregerunt. Anno enim 1799, Italia a Gallis pervasa, Neapoli, pulsis regibus, popularis civitas constituta est. Cirillum, Paganum, Perlam, ceterosque viros ac mulieres celeberrimos, qui innovandae reipublicae magna pars fuerant, amicos sibi carissimos noster habebat. Tunc, eorum officio motus, hymnum restitutae libertati ab Aloysio Rossi iurisperito descriptum ipse musicie adnotavit.

At redeuntibus paulo post regibus, Anglicā classi Russoque exercitu adiuvantibus, Neapolitanae reipublicae adsertores capite plerumque damnati, quos inter vates ipse cecidit. Dominicus autem, quamvis novum hymnum haud minore facilitate musicis concentibus instruxisset, quo redeentes domini laudabantur, in carcerem detrusus est. Sex mensibus captivus mansit summo in vitae discrimine, nec ipsius Russorum Caesaris intercessione libertas captivo concessa est. Verum die quadam Cosaci milites centurionesque tumultuantes ad carcerem cucurrerunt, fractisque portis magistrum triumphali pompa per vias, humeris sibi impositum, deduxerunt undique.

Paucis post diebus, monitus ut exsiliī viam sponte ingredieretur, Venetias secessit, ubi paulo post, carceris aerumnis exsiliique angore fractus, obiit.

Funebria eius perquam solemnia in templo Sancti Angeli celebrata sunt, universa Venetiarum civitate concurrente, canentibus quotquot tunc Venetiis aderant musicos artis viris peritissimis, concentumque placuit notissimum iterare quem in opere de Horatiis magister ipse optime ludere assueverat.

Dominici cineres ipso in templo reconditi adverso fato; nam cum anno 1837 sacra illa aedes diruta est, dispersae esse videntur, neque earum memoria iam ulla superest. Manet tam ingens tanti viri monumentum musicos operum foecunda moles urbana, stūavis, elegans, adeoque iucunda, ut Rossinius ipse, iocose musices operum auctor princeps, haud ferme aliunde quam a Dominico nostro suam peritiam stilumque retulerit, eiusque tamquam discipulus habendus sit.

I. ANTONELLI.

COSACORUM EXERCITATIONES ET LUDI

INSTRUCTAS legiones illas e Tanais fluminis ripis emergentes undique diffuentesque ex oppidis, ex arcibus, e silvis, atque ad Sancti Michaelis convenientes vexillum, quas Henricus Sienkiewicz, de Polonorum bellis enarrans in libro quem *Ferro et igni* inscrīpit, ad vitam revocat, nunquam credo mea e memoria cessuras. Recogitavi recens, dum Cosacos equitantes et cursitantes in Sinis audivi; recognitavi, inquam, ut describit ille, cuspidum ensiumque hispida horrentes silva, virides solitudines culmis obrutas al-

tissimis, quos flans ventus flectit exagitatque, ingredientes, atque ad funesta properantes bella, quibus Polonorū respublica tandem exhausta, disiecta confectaque est. Hi tunc temporis Europaeorum humanitati hostes non aliter quam proximi Turcae, non modo a Polonis, sed et ab Hungarīs, ab Austris habebantur: verum christianaē fidei, prouti eam a Graecis haereticis acceperant, acerrime his iam ex diebus haebant. Hanc itaque, barbaris licet moribus plerumque viventes, retinuerunt tamen ad nostra usque tempora ita constanter, ut Turcarum infidelis immanisque gens, etsi socios interdum contra Polonos eos habuerit, hostes tamen aciores vel magis implacatos senserit nunquam.

Quam quidem unam tantum causam laudare nos posse arbitror, qua hodie fit, ut incultae paene eorum equitum turmae, ad ulciscendas contra Sinenses, iniurias nostras humanitati inflatas et ipsae profectae sint. Reor plane virtutem bellicam, equitandi pugnandive peritiam, qua strenuissimi pollent equites, ita ma-

gnam esse, ut hodierno in bello eorum equitatui princeps sit locus datus, ac praecipua explorandi, incursandi, consecandi hostes munera, veluti et Iaponensium peditum cohortibus dexteritatis et celeritatis prima praemia relata.

Nec iam, si Hungaros forte excipias, equitibus illis selectiores ullos Europa dinumerat, qui in desertis orti, usque ab unguiculis equos concendere, gregesque incitato semper cursu consecutare edocentur, aetatemque suam omnem, renovata veluti Centaurorum fabula, equo insidentes absunt. Non aliter ferme Numidas equites in antiquitate adolevisse scimus; non aliter nunc servant Arabes, vel inferioris Americae coloni.

Selecto equitatui Cosaci omnes praeponuntur duces; est enim peregrini imperii intolerans miles, quamvis suos ex humillimis usque militiae gradibus ad altiora evectos impense veneretur, quippe, ut olim in romanis cohortibus centuriones, cuspide et ense dimicare, et missilia manuballista expellere, et equo

AN. CHRIST. MDCCCC PRIDIE KALENDAS IANVARIAS

A I E S V C H R I S T O

INEVNTIS SAECVLII

AVSPICIA

*Cultrix bonarum nobilis artium
Decedit aetas: publica commoda,
Viresque naturae refectas,
Quisquis avet, memoret canendo.
Saccli occidentis me vehementius
Admissa tangunt; haec doleo et fremo.
Pro! quot, retrorsum conspicatus,
Dedecorum monumenta cerno.
Quaerarne caedes, sceptraque diruta,
An peregrantis mōstra licentiae?
An dirum in arcem Vaticanan
Mille dolis initum duellum?
Quo cessit Urbis, p̄incipis urbiū,
Nullo impeditum servitio dēcus?
Quam saecla, quam gentes avitae
Pontificum coluere sedem?
Vae segregatis Numine legibus!
Quae lex honesti, quae superest fides?
Nutant, semel submota ab aris,
Atque ruunt labefacta iura.
Auditis? effert impia conscius
Insanientis grex sapientiae;
Brutaque naturae supremum
Nilitur asseruisse numen.
Nostrae supernam gentis originem
Fastidit excors: dissociabile,
Umbras inane mente captans,
Stirpem hominum pecudumque miscet.*

*Heu quam probroso gurgite volvitur
Vis impotens caeca superbiae!
Servate, mortales, in omne
Iussa Dei metuenda tempus,
Qui vita solus, certaque veritas,
Qui recta et una est ad Superos via.
Is reddere ad votum fluentes
Terrigenis valet unus annos.
Nuper sacratos ad cineres Petri
Turbas piorum sancta potentium
Is ipse duxit; non inane
Auspicium pietas renascens.
IESV, futuri temporis arbiter,
Surgentis aevi cursibus annue;
Virtute divina rebelles
Coge sequi meliora gentes.
Tu pacis almae semina provehe;
Irae, tumultus, bellaque tristia
Tandem residant: improborum
In tenebrosa age regna fraudes.
Mens una reges, te duce, temperet,
Tuis ut instent legibus obsequi:
Sitque unum Ovile et Pastor unus,
Una Fides moderetur orbem.
Cursum peregi, lustraque bis novem,
Te dante, vixi. Tu cumulum adiice;
Fac, quae so, ne incassum precantis
Vota tui recidant Leonis.*

LEO PP. XIII.

Ob novum hoc SSmi D. N. carmen ab ipso Summo Pontifice per suam Negotiorum Publicorum Praefecturam ad Vocem Urbis missum, quod eius paginas decoraret, Commentarii moderatores grates habent et referunt maximas.





Effosionum in Foro Romano prospectus.

cursitare p[er] omnibus peritissimi. Qui vero, non tam subdit, quam socii potius cum Russis in praelio adpugnant, ita ut in libertate quadam sua turmae versentur, inque suis castris veluti occluso in oppido vivant.

Equus militi perpetuus comes, corporis habitu parvus, crinibus et cauda prolixis rudique villo, foedoque satis adspectu: sed adeo indomita ignitaque indole nativis e desertis genito, ut plures ad prisca remittere pascua, quovis iugo indociles, opus sit. Equites contra grandibus plerumque membris, vivissima oculi acie, incenso apprime animo ac servidissimo. Cum tribunus alam adloquens contentum sese suorum militum pandit, tunc aestuentes exultantesque clamores agmen attollit: pulcherrimum visu!

Praeter cuspidem longissimam, gravem flexumque ensem, et manuballistam, milites flagellum gestant coriaceum, quo ad incitandum equum utuntur; knut nomine hoc Europaei omnes et Asiatici norunt. His instructis ad exercitationes, ad bellum equites exeunt. Quadrata acie iuxta imperium concurrunt, neque, etsi rigeat glacie planities, audacissimus tam cursus moratur, sed et lento gradu, et velociore et citissimo quidem saltant ac sese vertunt in orbem. Sibilo cum a ducibus compellantur, convenit statim turma, quaterni in ordine sistunt, abeunt; at reperente, novo tinniente imperio, in alam panduntur quam latissime, totoque cursu ad congressum redeunt. Quatiunt equorum ungulae campum, equitesque, districto flagello, nudumensem dentibus constringentes, rectaque cuspede, ruunt. Sibilat iterum dux: agmen retinet statim lora, seseque in diversa dissolvit; eques armis ludit, prosilit in terram, iterum resilit in equum, ensem rotat, habenas dentibus committit, ballistam ignivomam dirigit, ictum vibrat,

lora resumit manibus, iterumque, minitante cuspede, accurrit. Turbine, procella quadam concuti campus videtur, quam tamen momento temporis sedare sibilus ducis, Iovis veluti supercilium, pollet.

His exercitationibus ludisque princeps ille totius Europae equitatus instruitur, cuius nunc ferocem virtutem Sinenses experti sunt. At equis huiusmodi desertorum natos, praeterquam indomiti martii furoris heroes, humanitatis lenitatisque exempla vel temperantiae aut mansuetudinis, quae victores decent, p[re]a[con]es futuros speravit?

A. COSTAGGINI.

HORAE SUBSECIVAE

Sub icone S. Caeciliae
a Raphaele Urbinate depicta.

(Ex ital. ANDREAE MAFFEI).

*Sidereo dum tota intus pia flagrat ab igni
Psaltria, virgineum fundit ad astra melos;
Caelestumque animae, tantae dulcedini baustu
Delapsae in terram, renitur inesse polo.*



De Sensu decori.

(Ex ital. JOSEPHI IUSTII).

*Omnibus ante scholis praerat qui iure, decori
Sensus, in illarum pluribus, hem, iacuit
Prorsum; occidit eum, sua nata Scientia; iamque,
Inspectura patris viscera, dissecuit.*

IOAN. BATTANIUS.



ROMANI FORI MONUMENTA NOVISSIME REPERTA

QUIDQUID ad veterum Romanorum humanitatem pertinet ita omnium animos allicit, ut ea, quae de antiqua illa aetate reperiantur, non modo anxi exspectentur, sed viva quasi sub oculis representatione desiderentur. Inde factum est ut in hoc commentario de recentibus in Foro Romano effosionibus, deque disceptionibus, quibus locum dedissent, notitias atque concertationum plenas disputationes socii et lectores ut gratissima acceperint; quin etiam suis litteris pluries ut opus assidue prosequeremur fuerint adhortati. Ego autem, cui munus primum, nec leve ferme, ad commentarium redigendum iam tertium annum commissum est, nunquam pro viribus, quaecumque eae fuerint, ut optatis responderem destiti, peritisque antiquitatibus viris adiuvantibus, id imprimis contendi, ut nihil de re lectores deficeret. At nihil dicam? Figurae enim defecere. Quas cum frustra aliunde comparandas curassem, tandem ipse satagere constitui. Itaque vi Ianuarii mensis die, dum nives - infrequentes et iucundissimae visu! - in Urbe sedent, in Forum descendit, pluresque photographice deprompsi imagines, quarum specimen hodie exhibere placuit.

En, ante omnia, Fori prospectum ex nigro illo lapide - velum (A) ad servandum tegit -, qui tot paginas exarandi doctis viris praebuit argumentum. Fori platea ubique axis et ruderibus disseminata appetit ex effosionibus erutis; quae ut ad locum suum reducantur, decem annorum spatium fore ut adhibeatur, plerique adfirmant. Prospicienti adversae, sub Palatio, ubi ecclesia S. Mariae Liberatrix fuit, reliquiae (B) indicantur Basilicae S. Mariae Antiquae,



"Rostra ve-

de qua ROMA
nunc autem ad
titulum in Bas-
de gravissimo
bitatio iam nu-

Sub Capitu-
Saturni fuit, pa-
architectus ros-
inventionem, v-
rumdam potius
adducor.

Sed ad put-
formam p[re]fe-
reperta, terreae
brevisimposita;

Denique p-
alterum - figu-
editam - p[re]ab-
fragmentis nom-
descriptis (3), in-
scorum symple-

Heic finis e-
cendum. Facto
diebus Fori pl-
antiquius et pr-
aliter ac Cloac-
cursum sequitu-
eritur, aliamq[ue]
inventa asseritu-
bam cum - ar-
tario meminerat.
opinatas res in-
ulterius in tecta
futurum forsani
mani Fori reli-
derentur!


(1) Cfr. Vox

(2) Cfr. Vox

(3) Cfr. Vox

(4) Cfr. Vox

Laud est non



"Rostra vetera, (2) in Foro Romano reperta.

de qua ROMANUS in superiore numero disseruit; nunc autem addere licet H. Marucchi nostrum ipsum titulum in Basilicae fronte nuperrime legisse, ita ut de gravissimo christiana antiquitatis monumento dubitatio iam nulla supersit.

Sub Capitolio, ad dexteram templi quod olim Saturni fuit, parvorum arcuum series (A), quam Boni architectus *rostra vetera* recognovit (1), improvisam inventionem, videtis. Mihi vero nutat animus: quarenum potius scalarum fulcimina fuisse, ut credam adducor.

Sed ad puteal Iuturnae accedamus, quadrati fere formam praeferebant (2): centrum ara in effossionibus reperta, terra innixa, tenet; nunc vero imposita; imo brevi imposta; dum enim scribimus, rursus demota est.

Denique proximae aquarum stationis sacellum alterum - figuram, quod sciam, ab ullo nondum editam - praebeo, cum Aesculapii simulacro et fragmentis non longe repertis, iamque a nobis descriptis (3), inter quae equi ventrem, qui Di scorum symplegmatis pars creditur.

Heic finis esset, nisi quidquam novissimi edendum. Facto enim hinc inde periculo, his diebus Fori planum aliud repertum est, idque antiquius et profundius, cuius libramentum non aliter ac Cloacae Maximaie imum fuit. Cloacae cursum sequitur: inde ipsam serius extrectam eruit, aliquaque prius exstisset, quae reapse inventa asseritur, et... Profecto haud nugas agebam cum - annus est - hoc ipso in commentario memineram (4) bipalia novas itemque nec opinatas res interdum gestasse; quod si paulo ulterius in tectas Palatini radices agitata fuissent, futurum forsitan, ut verae certaeque veteris Romani Fori reliquiae stupentibus oculis deprehenderentur!

FORFEX.

(1) Cfr. *Vox Urbis*, an. III, n. XXI, pag. 164.

(2) Cfr. *Vox Urbis*, ibid.

(3) Cfr. *Vox Urbis*, ibid.

(4) Cfr. *Vox Urbis*, an. III, n. III, pag. 19.

CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONIANUM DICITUR

VI.

AM nihil superesse demonstrationi videtur, et qui praest, ut finem scribam faciam praecepit. Quid enim ultra optamus, si, ipso confidente adversario, Christiani ne appellabantur quidem, qui Romam, ut ipse fert, incenderunt, sed Gauilonitae, sed Ebionitae, sed Apostatae, sed Carpocratiani, sed Nicolaitae, sed Gnostici, sed allii sexcenti, qui non Apostolis, non Christo, sed ventri serviebant, et Christiani nuncupari non poterant quia « inimici Crucis Christi », iudice Paulo; nam, iubente Christo, nemo potest discipulus Christi esse, nisi « tollat Crucem suam et sequatur » eum?... Iudicata est igitur lis, ipso auctore, ipso iudice, cui necesse fuit, ut atrocissimi sceleris reos adstrueret, eos longe alias a Christianis ostendere, et penitus diverso nomine nuncupare.

Notanda hic tamen alia nonnulla puto, quae ad fundamen Pascalianae sententiae libellus uterque praefert.

Illud itaque in primis, quo dicitur Nero Christianis invisus, quia Antichristus putaretur (1), minime credo; nam apud Christianos Nero, antequam quaevisim cruciatibus in populum insontem saeviret, idest ante incendi tempora,

et ipso incendio flagrante, non modo Antichristus non habebatur, sed aestimabatur potius qui Antichristi tempora arceret, iuxta monita Pauli apostoli, praenuntiantis filium diaboli, filium perditionis, filium peccati non adventurum si « qui tunc tenebat, teneret usque adhuc ». Traditionem vero istam, a Tertulliano relatam, libellus idem exhibet (2).

Asserit insuper (3) Christianos odio in Neronem incensos, ut in illo Antichristum perderent, incendisse Romanum. O bardi terque quaterque Christiani, qui et servi Neronis et praetoriae addicti militiae! Vosne excitatis Romae flammas ut comburatis Neronem quando ipse abest Antii?...

Asserit haec fecisse Christianos opperientes Iudicem Christum regnaturum! — Quid? Christiani num ignorabant ante redditum regnaturi Christi ita evertendam Ierusalem, ut « lapis super lapidem non relinqueretur in ea »? — « Evangelium Regni praedicandum antea esse omni creaturae toto orbe terrarum »? Venisse Christum « in medio annorum, in plenitudine temporum »? (1). Hinc non post quatuor ac sexaginta annos, sed post quatuor circiter annorum millia ab incarnatione Regnum futurum erat. Ante hunc diem fore ut Iudei Christum requirent; hoc autem in tertio millennio, iuxta illud prophetae (2): « In tribulatione sua mane consurgent ad me: Venite, revertamur ad Dominum. Visitabit nos post duos dies; in die tertia vivificabit nos ». Ceterum « coram Deo mille anni », David ac Petro testibus (3), « tamquam dies unus, et dies unus tamquam mille anni, tamquam dies hesterna, quae praeterit ».

Additur quoque (4) fuisse tunc persuasum Christianis, regnum Dei non adventurum, nisi Re Romana subversa. Unde peregrina ista? Tertullianus et Paulus apostolus, quos supra memoravimus, contraria penitus reddunt.

Neque praetermittam valde me admiratum fuisse in causis incendi enumerata sibyllina oracula, quae, ut primum opusculum reddit (5), scripta Romae fuerunt anno Christi 75^o, ac tamien, novennio antequam nascerentur, anno Christi 64, incendi volupatem in Christianis Romae excitarunt (6). Atqui haec Sibyllae carmina memorant Varro, Cicero, et si qui sint Romae historici, iam ab anno DC circiter ante Chr. Romae servata, ac summa religione custodita, quaesita, duumviris, decemviris, quindecimviris, probis plissimisque delectis viris ad hoc munus honoremque constitutis. Anne et haec post annum 75^m Christi fuere? — Ecur autem inducitur Vergilius ecloga VI sibyllina indicans carmina et incendium decimo versu proclamans (7), quasi Apollo, de quo illuc agitur, non optimarum artium et diei, sed incendiiorum, sed ignis (quod Vulcani semper fuit) auctor, dux, rex et pater esset?

Insuper. Ut adstruantur Christianorum proscriptio

(1) HABACUC, cap. 3.

(2) OSEA, VI; PAUL, ad Galat. IV.


(3) Psalm. 89; PETRI Ep. II, 3.

(4) Vide opuscul. 2^u, pag. 6.


(5) Pag. 15.

(6) Idem autem asseritur (pag. 28) veritatis iubar iam inde affulsisse idololatricae genti ex oraculis sibyllinis, quae tamen nihil sunt praeter quoddam coenosum iudaico-christianum anno Christi, ut supra, 75^o confectum!

(7) Pag. 28.



Aesculapii sacellum ad stationem aquarum.



Iuturnae puteal.

Laus est non facere quod facere non possit.

LACT. lib. 3.

Neronianis lata edictis non religionis causa, sed incendi (1), dicitur apud Romanos nihil esse de cultu quovis, de quavis nova religione nulla sollicitudo, nulla cura. At quid, queso, Cicero, qui in II libro de *Legibus* Legem XII Tabularum refert: « Separatim nemo habessit Deos, neve novos, sed ne advenas, nisi publice adscitos, privatim colunto? » At qui illa dixit, contrarium duas post paginas recitat (2); quippe ibi narrat Romae cautum interdum fuisse adversus quasdam religiones et ritus quasdam, sed moribus et quiete publica ita ferentibus. — Video quidem hic quid sint *flagitia*, quid sit *superstizio prava illa et immoda*; non scelera video, non *incendia cognosc*. Haereticorum (quorum nomina sunt in capite lucubrationis huius hodiernae) turpia in Christianos redundabant; hinc Tacitus dixit per *flagitia* Christianos invisos. En quomodo veritas emicat. Et quid si dicerem hanc ob novam superstitionem in Christianos saevitum, dannante Lege XII Tabularum? Profecto Tacitus religionem christianam *superstitionis* nomine appellat, dum ait: « Repressaque in praesens exitibilis *superstizio*, rursus erumpet » (3).

Multa praetereo, festinante ad finem calamo, ut ad eam veniam, quae suis epistolis, in commentario nostro re-latis, Pascal edebat; in ea autem non redeo, quae iam a me fusius tractata, lector repetita procul dubio haud amaverit: ipse enim utramque partem sub oculis habens iudicare poterit. Sed illud imprimis obversatur animo, quod sapiens Tullius scribebat: « Quid tam temerarium, tamque indignum sapientis gravitate atque constantia, quam au falsum sentire, aut, quod non satis explorare perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere? » (4) Quid enim, mi Pascal, tua omnia argumenta sonant? Nihil ibi video, praeter « forsitan potuit fieri », et similia. Ergone dubitatio et possibilitas apodytica, aut horum loco et paria argumenta tibi videntur, in ampliando tam immanni scelere, et communicando omnibus Christianis, tunc in Urbe viventibus (multitudo ingens!)? Atque haec ubi dicebas, et quando? Nempe eo ipso in opere, in quo fatebaris eos, quos Christianos dicebas, non esse Christianos, sed apostatas et haereticos, atque a nomine auctorum suorum, non a nomine Christi, nuncupatos!

(1) Pag. 24. (2) Pag. 26, nota 21. (3) TAC. *Annal.* lib. XV, § 44. (4) CIC. *De natura deorum*, I, init.

27]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Haec quum dixisset, silentium est consecutum, dum admiratione saturi Trebatius et Mucius oculis aucupantur Lollii et Pisonum assensum. Tandem praeses Arcadium Servantium iussit orationem dare legendam Censorino, qui suum de ipsa ferret iudicium. Hic, inter domesticos alumnos satis acutus et prudens, traditum sibi scriptum ut consideravit parumper: — Philosophia — inquit — sic Arcadium expolivit hominemque reddidit, ut plane ostendat, se vel maximis de rebus iisdemque non necessariis facile posse et aeque graviter dicere. Memini quidem haec lecta mihi in II de *Oratore*: « Omnia ineptriarum, quae sunt innumerabiles, haud sciam an ulla sit maior quam de rebus aut difficillimis aut non necessariis argutissime disputare ». Verum haec alii iudicent melius, quibus lauta est philosophiae supellex. Illud etiam praetereo, quod ipse uititur mirifica et ad probandum et ad refellendum consuetudine, cui non equidem invideo, satis contentus puerorum elementa didicisse. Quamobrem, ut omnia paucis complectar, mihi videtur Arcadius philosophice magis quam humane locutus.

Cui Lollius: — A quonam es mutuatus adverbium istud *philosophice*?

Cens. — Ab Arcadio Servantio.

Loll. — Tu vero, Servanti, unde hausisti?

Arc. — A purissimo latinitatis latice, ab ipso Thoma Vallaurio (1).

(1) *Hist. crit. litter. latin.* lib. II, cap. XI, § 1. — Ibid. in nota 1, et alibi.

A Plauto ad Terentium a Terentio ad Ciceronem, a Cicerone ad Lactantium, a Lactantio ad M. A. Muretum, a M. A. Mureto ad nos, omnes et senserunt et sentiunt et sentimus in verbo « subdere » verbum « substituere ». Sentimus inquam, te non excepto, qui in Ciceronianis Lexico ate edito Augustae Taurinorum anno 1889, pag. 65, idem sentis, te scribis. Cur autem nunc et contra te, post tot saecula, ac tot hominum millia, novam significacionem inducis? Pace tua dicam, non Latinus hic, sed Pascalianus dicendi modus habebitur, et, si loqui ita volueris, ultiro ita loquere; Di tibi omnia, et vel verbum « subdere », in fausta convertant atque fortunent; at omnes te dimittimus Horatiana salutatione:

liber esto,
Ac sine rivali teque et tua solus amabis (1).

Magnum tibi est Christianos a Tacito appellari « santes, et novissima exempla meritos ». Utique santes, nam odio humani generis convicti sunt, ex verbis Evangelii, quae retuli, non ex crimine incendi. Neque ego sententiam tuam detorsi in significacionem graviorem; tu enim interpretans voc. « perinde » quasi « tantum », non: « eo modo », aliquid sceleris inducebas. Atqui loca quae retulisti nil aliud sonant, praeter accusationem ante iudicem. Aliud equidem est accusatio, aliud scelus; potest sceleris accusari, criminari quidem, qui et innocens sit. Vides quantus anguish lateat in herba!

Dicis te nunquam opinionem mutasse. Doleo. In arti-ctores terminos autem contraxisse negas. Quae: quid est scelus omnibus Christianis impactum, deinde ad non nullos ex servis Neronis et prætorianis contractum, postea in illos tantummodo illatum, qui a Christo nomen non ferebant, sed vel ex apostasia, vel ex haeresiarchis nomine habebant?

Fuerunt, inquis, qui Romani imperii potestatem spernent, pestemque Romae imprecarentur... (2). Hoc tibi probandum, si de Christianis agas. Quod gratis asseris, ultra negamus; qui contra possumus oblicere sexcenta ex Evangelio et Paulo, quae contra te sunt. Ducentis et sexaginta circiter annis Roma Christianos ferro et igne va-

(1) HOR. *Epist. ad Pison.* v. 444. (2) Vide epist. nuper in superiori nostro comm. relatam, pag. 14.

Loll. — Censorine, quid censes?

Cens. — Ego sic didici, *philosophicum* hoc inusitatum fuisse Tullio, quamvis multa de philosophia scripserit (1).

Tum vero Trebatius: — Video vos, quidquid graecum est samma religione defugientes, tamquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi, tullianamque munditiem rimantes, ab eius expedita ratione quam longissime abesse. Quaero enim, graeca sint ista nec ne, quae idem persaepe usurpat: *ephebi*, *gymnasium*, *grammatica*, *rhetorica*, *dialectica*, *philosophia*, *physica*, *arithmetica*, *geometria*, *centrum*, *conus*, *cylindrus*, *pyramis*, *sphaera*, *lyra*, *cithara*, *platea*, *aeroama* atque alia sexcenta. O « seri studiorum »! Si quae graecum olen ex latinorum nominum indice expungenda sunt omnia, totum librum comburite, qui, nescio quo fato, graece inscribitur *lexicon*.

Loll. — Eia age, Censorine: facilis enim tibi erit et prompta defensio.

Cens. — Primum quidem non in hoc mihi quaestio cadere videtur, assumpseritne Tullius graeca verba aliquando; hoc enim ultiro concedimus; sed utrum a *philosophia* deduxerit *philosophicum*. Deinde vero ex eiusdem locis facile colligam quid universe ille senserit de graecis verbis romana civitate donandis. Qua de re haec inter multa protulisse satis erit: « Dicam, si potero, latine; scis enim me graece loqui in latino sermone non plus sole, quam in graeco latine » (2). « Sermone eo debemus uti, qui innatus est nobis, ne, ut quidam graeca verba inculcantes, iure optimo rideamur » (3). « Ea verba, quibus instituto veterum utimur pro latinis, ut ipsa philo-

stavimus, Christianos, inquam, semper legentes et meditantes Evangelium et Pauli scripta et Petri et Ioannis, et numquam currentes in incendia, in seditiones, in tumultus. Cur si prius, non postea, iisdem, ut ipse ait, suadentibus, fecerunt?.. Quia, sicut postea, ita prius eligebant potius mori, quam foedari.

Scribis, eadem in nuperrima epistola: « Nunquam in alios omnino, praeter Christianos converti, iis semper Christianis facinus tribui, quos Apostoli intra terminos continere et coercere frustra conabantur » (1). Quum autem iis non Christianorum sed Apostatarum et Haereticorum nomen ipse facias, dum recenses, penitus exuis illo scelere Christianos, nec video quid necessum fuerit duo scribere opuscula ut in illud singulare venires, quo traderes Christianos non incendisse Romam, sed qui Christiani non erant, neque appellabantur. Sciebas haec, an tequam scriberes.

Prosequeris. « Ex hisce (haereticis, apostatis, et ini-micis Crucis Christi, etc.) ad Christianos omnes vulgo fama est relata » (2). Esto, Pascal. Tu vero, qui a vulgo non es,

Quem doctorum hederae praemia frontium
Secernunt populo,

noli sermonem vulgi in Christianos referre, et cum vulgo cantare. Quemque suo nomine voca. Amabo te. — « Quae omnia si quis minus probabiliter allata putet, is alteram, eamque probabilem, oportet afferat sententiam » (3). Tu dicas. At ad nos nihil attinet. Hoc unum pertinebat: maiores nostros, Christianos, a scelere incendi vindicare. Auctore te, vindicavimus; et gratias agimus. Nihilominus, non ut aliquid afferamus, sed ut aliquid referamus, rem Tacito integrum reddimus: « Clades, forte an dolo principis, incertum; utrumque scriptores tradidere ». Vale.

G. P.

(1) Vide comm. sup. pag. 14. (2) Ibid. (3) Ibid.

Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim:

Saepe tulit fessis succus amarus opem.

(OVID. *Eleg. lib. 3*).

sophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica, quamquam latine ea dici poterant, tamen, quoniam usu recepta sunt, nostra ducamus » (1). « Equidem soleo etiam, quod uno graeci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere » (2). Itaque pro eo quod est *physicus* maluit dicere fusius « speculator venatorque naturae » (3); pro sectione *chirurgica* « sive secetur quid sive avellatur a corpore » (4); pro *geographia* « terrarum descriptio ». Atque adeo cavit plane romanus vir ne patrius sermo, quemadmodum nec respublica, ex ulla barbarie quidquam detrimenti caperet, ut si quando graecis uti vocabulis cogeretur, lectori se quodammodo purgaret his aut huiusmodi interpositis: « ut graeci vocant »; « ut graeco vocabulo utar ». Multo igitur minus Arcadio licuit medium in gregem *thesim* impellere, pro re proposita - loco proposito - ponere de quo quis disputet; item *politicum* pro publico, civili, vel quod ad rem publicam, ad civitatem pertineat; *economicum* pro rei familiaris administratione, dispensatione, cura; *ideam*, pro notione, visione, specie, forma; *zelum* pro ardore vel studio; *systema*, *methodum*, pro ratione, disciplina, via; *anarchiam* pro eorum doctrina, qui nullum esse regimen civitatis volunt.

Treb. — Tu ergo, Aristarche, corrige, sodes, alterum latinitatis parentem Thomam Vallaurium, cui et *dialectus* et *didactica* et *graphic* et *mythus* et *heros* et *heroicus* et *historia critica* sunt in deliciis. Simul vero praebet auriculam Flacco praecepienti:

Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Græco fronte cadant parce detorta (5).

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) III *De Fin.* II, 5. (2) Ibid. III, IV, 15. (3) I *De nat. deor.* XXX. (4) III *Tusc.* VI, 12. (5) *Ad Pis.* 52.

His, quod propemodum ptate dum minori aliud volunt, aut candidissim immutabilis sime dimot cedunt simil homini astralia patent, tiae inquisitio una cum iis felicissime. Non ego curans, cuius algente, ut audirem vocem Pythagoras agmina consumpsi immathomus, to modo stellaris vertit mens tamen caelo Dei, continet Mei caeli mea dicit quod non parte intueri (latitud. 39°, ad meridianum Lyncei pa ad circumlocutionem. In populo appareat conspiatoria, vel quae meridiem con stolidicium in zona, me rora stra, quo ter tiores, splendide zone, Lactea ipse sol, quam praedicent luci vitali praediti coeruleo rapit, trecenti nihil abesse vel ex Oceano a quae praestare commune cum dum, motumque quae (misella) sunt. Quapropter oculis, sed reliquae omni vel disperditur. At ubi caput, initium? ubi finis? Desribent nobismetipsi ut iudicemus sumus. Unde mentem Deus sonat auribus Abraham, ubi tione tua, et Quid si legere punit me quas en Bellatrix, et aliquantispe en Taurus, Ac

MIRABILIA CAELI

His, quae sunt nunc, temporibus, Borea non flante, sed ruente, nitidum undequaque caeli spatium, et propemodum infinita series astrorum inenarrabili volutate dum demulcent oculos, mentem considerantis non minori allicant simul atque percellunt. Quid enim sibi volunt, aut qua de causa tot iridescentia sidera inter candidissima scintillantia; quid incessus ille tacitus atque immutabilis, a quavis hominum vi, iniuria quam longissime dimotus; quid quies illa ineffabilis, qua omnia procedunt simul et perseverant? Ista quidem cuivis. At homini astronomicarum rerum vel mediocriter perito late alia patent, eaque sublimiora: patent mirabili nexus scientiae inquisitiones et philosophiae perscrutaciones, quae una cum iis, quae Theologiam et Religionem attingunt, felicissime copulantur. Ecquis igitur domi quiesceret? Non ego Hinc speculam ascendit nihil de salute mea curans, cui glacies dira minabatur, nihil de frigore circum algente, ut caeli siderei recrearer adspectu, atque illas audirem voces arcanae et numeros, quibus civis meus Pythagoras olim se toties frui dicebat, quoties astrorum agmina contemplaretur. At quot horas et ipse consumpsi immemor mei, orbisque terreni, quem habito athomus, totusque in illa pace solemni, quae tantummodo stellarum inter spatiis reperitur? Vix in me revertit mens longius demigrata per oras caelestes, si tamen caelo ora ulla sit, abysso, ingenti instar manus Dei, continente, dimidium noctis in Occidu vergebatur. Mei caeli medium... En hominis superbia, qui suum praedicit quod neque scire, neque tangere, et vix exigua ex parte intueri potest!.. Mei caeli medium centrumque (latitud. 39°, 50', 12"; longit. 33°, 52', 30"). Insul. Ferr.) ad meridianum puncto pertinet, quod per Gemellos ac Lynxem paulo minus 120° ascensionis rectae procedit ad circulum zenithalem perpetuum.

In populo scintillantium tremulorumque siderum nullus appareat conspicanti gradus, ut quae in vertice sunt maiora, vel quae in lateribus minora videantur; sed ubi in meridiem convertor, dextrorsum quasi pulvisculus, quasi stillicidium minusculum lucis a via, quae dicitur Lactea zona, me rorat. Sidera totidem, soles totidem sunt nostro, quo terrigenae fruimur, longe maiores, praestantes, splendidores, qui tam et ipsi fere numero infestabili distant a limitibus ultimis nebulosae nostrae, nostrae zonae, Lactae viae, cuius pars minima, athomus, est ipse sol, quamvis et planetae circumacti et poetae hunc praedicent luce fulgentissimum, mole immanem, virtute vitali praeditum singulari, talisque habendum est, ut si, coercente manum Domino, deficeret atque cum eo, quos rapit, trecenti circa planetae, nihil mutatum in caelo, nihil abesse videretur, haud aliter ac si aquae guttula ex Oceano auferretur. Videnti cuvis patet haec sidera, que praestare ceteris et praeceteris coruscare videmus, commune cum *Helios* nostro iter in profundissima, modum, motumque habere, et nebulosae eiusdem esse partes, quae (misellae partes!) vix immensurabilis Galaxias punctum sunt.

Quapropter non modo Galaxiam integrum nobis amplecti oculis, sed nec eius partem notatu dignam licet, quum reliquae omnes obducantur spatio, in quod vel pergit, vel disperditur quasi scintillans cometes caudam agens. At ubi caput, ubi centrum criniti huius portenti? ubinam initium? ubi finis? Mysterium omnipotentiae!

Desribentes autem haec vertigine quasi rapimur et nobismetipsis videmur in centro zonae moveri, ut iudicemus quae circum; ita nos qui vix in ultimo sumus. Undenam haec opinio? Quia in nobis compositum mentem Deus compotem intelligendi mira haec, et quasi sonat auribus nostris divina illa vox, cui olim paruit Abraham, ubi audivit: «Exi de gente tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi». Quid si legere pergam? — «Numera stellas!» Sed rapiunt me quasi in solio sedentia sidera. En Bethelgeusa, en Bellatrix, en Giumma, Rigel, tres Reges, Gladius, et aliquantis per in Occidentis latus Auriga; en Capella, en Taurus, Aquila, Cynus, Lirae Vega, duoque Canes,

inde, fere si Galaxiae haesissent, in caput pendentia nostrum Perseus, Cassiopaea, Cepheus, tum ad Orientem Alpharad ex Hydra, Cancer, Leo obsequens nunc Marti fore tangentem cumulum Asinorum duorum, inde Algibea, Zosma, et Coma Berenicis, Venatici Canes, Ursa Maior. At Venus me vocat, alma Venus, matutinum sidus ita mortalibus carum, ut Illam eius nomine nuncupaverint

*Qua nihil in terris ad finem solis ab ortu
Clariss, excepto Numine, mundus habet (1).*

Salve sidus, sive tu Illa es, quae «Stella matutina» toto terrarum orbe invocatur, sive imago es Eius, qui de se dixit Ioanni in insula Pathmo: «Ego sum radix David, stella splendida et matutina!» Salve sidus! Ecce ego, tuo rorente me lumine, umbram meam super album speculae meae parietem designo! Ecquid arcanum hoc? Numquid ubi tu fulges est lux, ubi sum ego sunt tenebrae?

Sed iam telescopio induamus pupillas, ut perspiciant quae in profundioribus firmamentis latent... Ah! non latent; hebescunt oculi, et mortales hebetat vires splendor et magnitudo fortasse propioris Regiae Aeternae; scriptum enim legi: «Caelum caeli Domino: terram autem dedit filii hominum». In ipso Galaxiae orbe plures Nebulosae, quasi siderum congeries ad modum pulveris illi sparsae et satae, cumque iis et prope et longe qui «sacculi nigri», «sacculi carbonis» nominantur; idest hiantes quaedam voragini, abyssi coeae, sine luce, in quibus et per quas nulla lux, nullus motus, non astra, non sidera... Numquid haec non scrutabilia dicimus esse increata spatia caeli, quod est spatium creatum? Indulgeat rhetor, dialecticus indulget ita dicenti; adsumus enim rebus, quae vix licet homini loqui. Quid sunt haec deserta, quid haec solidines? Numquid uti in Africæ desertis et Asiae oases ibi erunt aeterno vere ridentes? Numquid praeter hiatus hosce novus universus adest diversis legibus ac nostris actus? An haec subsequenti creationi reservantur loca, et ibi nova sidera, vocanti Creatori e nihilo, illico: adsumus, respondebunt? Aut aliquis fluor et nitor sunt, nostra luce et electride longius diversi, quibus impares oculi nostri sunt? O infinita Patris potentia, qui in caelis es!

Spatis in immensurabilibus tam creatis, quam increatis, tam plenis quam vacuis, non sidera sunt, sed decem Nebulosarum millia, Galaxiae nostræ huic plus minusve similes. Tot enumeravimus; incertum sint aliae necne; error enim oculis fieri potest. Ceterum Keeler recens et specula Lick in monte Hamil septem minimas Nebulosas perspexisse ait se apud spiralem Canum Venaticorum. Hoc indicat potentioribus instrumentis multa Nebulosarum millia coram futura.

Caelum igitur est quasi civitas, plures distinctum per provincias, regiones, urbes, vias. Inane in spatium, quod increatum dicimus, undequaque properant quasi turmae Nebulosarum, nostræ ad instar, ducenties circiter centenis millibus constantes singulae solibus, quarum turmae progressiunt tanto agmine densæ, quantum velocitas lucis quatuordecim annorum millibus superaret: tanti enim axis, seu diametrum Nebulosæ nostræ aestimatur. At singulae turmae tantum inter se distant quantum luci iter per miriades annorum, perque millia miriadum dimetiretur!

Hic autem nota telescopio conspici raras et stellis infrequentes oras Galaxiae, frequentes et frequentiores polos. Inde argumentum, quo infertur Nebulosas proximiores Galaxiae ab ea distare quantum duea Magellani inter se nebulae; nempe intervallo immensurabili. Digits ergo potius quam calamo computantes invenimus in Nebulosa nostra ducenta centena millia stellarum, ac proinde, datis hisce singulis tot planetis, satellitibusque et obsequentibus orbibus quot nostro soli damus, in unaquaque Nebulosa habemus 20 000 000 000 planetas, in quibus creaturae intelligentes habitare possunt. Qui numerus si per decem illa Nebulosarum millia, quae certa sunt, multiplicentur, dabunt in summa ducentos circiter «trilliones» intelligentium et amantium entium, quibus origo et mors (habita proportione ortus et interitus, qua

(1) OVID. Ex Ponte.

nunc utimur in orbe terrarum) erit intra 100 000 000 quovis momento non primo, sed minori, id est secundo. Fateor hic me deficere inter numeros numeris obrutum, cum ceteroquin certum sit in spatio vivere omnia, motu moveri omnia, nihil mortuum esse, nihil iners; nec me fateor deficere, sed et numeros viresque mihi deficere.

At si haec mirabilia ultra quod dici possit, quis mirabilior illo, qui dicat immensa, sapientissimaque haec nullo congruo auctore facta, sed casu exstitisse?

Intuere, o qui non credis, stellatam noctem; cogita, et credes!

Cerchiara in Calabria.

P. A. M. ROVITTI
e conditoribus Astronomicæ Acad. in Gallia.

ANNALES

Borussici regni saecularia solemnia - Sinensis signata pax - Transvaaliani belli vices - Victoriae, Anglorum reginae, obitus.

BORUSSIS conditi imperii sui centenaria commemoratione iterum his diebus solemnis fuit. Religionis sacra, militares pompa, aulica convivia populares feriae diem Ianuarii mensis XVII memo, randam nepotibus effecere, inter quae, magnifico cum ritu, Borussici regni haeres, imperatoris primogenitus filius, torque «ex nigra Aquila» est insignitus; novus conditus a Wilhelmo Caesare equitum ordo; nautis classiariisque aeneum signum Magni Brandenburgensis Electoris dono datum Kiel in urbe.

*

Pacificis hisce triumphis consonat factus tandem, uti appareat, in Sinis bellorum finis. Li-hung-chang et Chiang principes, Sinensium legati, oblatum imperatori suo libellum, quo ad pacem feriendam condiciones indicabantur, ipsius mandato suo nomine subscripsere. Supplices tamen precés simul obtulere, quas ipse porrigit legatis nostrarum gentium, ut Ta-ku oppida teneant potius quam diruant, utque pecuniam detrimenti in pretium solvendum statuant, militum legatorum aedibus ex Europaeorum copiis addicendorum coerceant numerum, diesque indicant, tum ad reddendum iterum sinensibus magistratibus imperium, tum ad vetitum de armis in Sinas adveniens aliquando tollendum.

*

Africana contra bellica fata quotidie nec opinato ingravescunt, deque acerrimo bello, quod iam ab anno Angli Boerique gerunt neutri parti proxima arridet summae victoriae spes. Dewet, Boerorum imperator, median per ipsam Anglorum coloniam discurrit, Botha Praetorianum circum ac Ioannopolim incursionibus dat operam. Rustenberg oppidum, quod iam a mense obsidione Boeri praecinxerant, auxiliis submissis liberatum est; Aberdeen vicissim civitatis emporia et acervia Boeri diripuerunt; horum autem tria millia ad Carolinam terram convenere. Itaque Kitchener, supremum Anglorum ducem, suis copiis in unum cogendis intendentem tradunt, quibus cito in novas acies distributis, eum praelium redintegraturum praevident. Sed Africani indigentes milites quotidie magis anglicos ordines deserunt, atque ad hostes transfugunt; quare de sua quoque colonia, deque ipsa urbe capite tuenda oppidis militibusque consilia victoribus sunt agitanda.

*

Numne iteratis huiusmodi infortuniis Victoriae, Britannorum reginae Indorumque imperatricis, lacrimabilis interitus adscribendus? Dixere passim diarii,

et meditantes
annis, et nun-
in tumultus.
suadentibus,
gebant potius

Nunquam in
iis semper
tra terminos
(3). Quum au-
en Haereti-
penitus exuis-
cessum fuerit
venires, quo
sed qui Chri-
mus haec, an-
statis, et ini-
omnes vulgo
qui a vulgo

et cum vulgo
te. — «Quae
et, is alteram,
tentiam» (3).
pertinebat:
dii vindicare.
Nihilomi-
id referamus,
forte an dolo
idere». Vale.

G. P.

(3) Ibid.

et clima:
n.
lib. 3).

a, geometria,
tamen, quo-
(3) «Evidem
possum, idem
eo quod est
enatorque na-
secetur quid
ia «terrarium
us vir ne pa-
ex ulla bar-
iando graecis
modo purgaret
vocant»; «ut
Arcadio licuit
e proposita -
et; item poli-
publicam, ad
niliaris admi-
notione, vi-
audio; systema,
biam pro eo-
titatis volunt.
odes, alterum
ai et dialectus
heroicus et
raebe auricu-
tatem, si

ANGELINI.

(3) I De
Ad Pis. 52.

quum, aliquot ante dies, primus delatus est nuncius de gravi aegritudine, qua inclita foemina laborabat. In muliere enim senectutis vires tum mentis tum corporis integrae adeo videbantur, ut mortis proximae ne suspicio quidem antea accederet. Nunc vero quadam inertia vinci intimi eius corporis motus coepere, resolvi deinde nervi; denique sanguinis in cerebro coagmentatio (*thrombosim* medicae artis periti morbum appellant), advesperascente die novi huius saeculi vigesima secunda, vitam ei ademit, quae longe lateque Anglii populi nomen auxit, imperiumque tres et sexaginta annos honestavit.

POPLICOLA.

VICTORIA REGINA, IMPERATRIX

VICTORIA Alexandra, Anglorum Regina atque Indiarum Imperatrix, ortum habuit IX kal. Iunias an. MDCCXIX Londini, in Kensington aedibus, ab Eduardo Kent duce et Victoria e Saxone Coburgensi regali genere. Pater Angli regni haeres designatus exstiterat, cum frater uterque maior natu, Georgius IV et Wilhelmus IV, nullam prolem suscepissent; hunc vero, paulo post natam sibi Victoriam unicam filiam, mors praeripuit, ita ut puella una Britannici regni spes manserit. Eam mater ipsa in Kensington aulis aluit, excoluitque anglico quidem more et ritu, cura assida pervigilique. Cum octavum supra decimum annum ageret, Wilhelmo IV rege defuncto, thronum ascendit, Hannoverianum Germanicum regnum, quod usque ab aetate Georgii I, Magni Electoris Anglorumque regis, Britanniae insulae addictum fuerat, iterum ad Germanos remittens, lege Salica vetante, quominus mulier huic populo imperaret.

Melbourne primus Reginae administer fuit et civilis prudentiae magister, vir experientissimus rerumque gerendarum magna dexteritate praeditus: huic vero brevi successit Peel ex optimatum factione, usque ad annum MDCCXLVI; tunc enim qui liberales dicebantur (*whigs*), superatis aemulis (*tories*), iterum rempublicam moderari coepere, passimque perrexerunt per celeberrimos illos Russel, Palmerston, recentiorique aetate Gladstone. Non autem uni administrari reginae consiliorum auctores; addendus vir, quem sibi Victoria an. MDCCXL delegerat sponsum, Albertus princeps e Saxone Coburgensi familia; hic enim, licet privatus quasi cives apud Anglos haberetur, ad rem publicam tamen usum et scientiam et studium suum, quoad vixit, assidue contulit.

Victoriae regnum tam diuturnum, ut paucis tantam imperii aetatem aemulari datum sit, domi militaeque maximi eventus memorandum fecere, commoveruntque omnia, quae elapsi saeculi declinatus annis vidisse contigit. Anglorum commercia, vectigalibus obstaculisque omnibus implicita, libera facta sunt, eoque prosperitatis industri labore proiecta, ut ditissimam omnium gentem Anglicam rediderint.

At simul bello et civili prudentia dilatum imperium fuisse ut antea nunquam videmus, atque eo potentiae adductum, ut Romanis vix datum sit pervenire. Anno MDCCXXXIX arma contra Afganistan populos Persasque prospere conlata; anno MDCCXL contra Sinsenses *opii*, quod dictum est, bellum faciente marte confectum eiusque causa Hong-Kong insula imperio addita, Sinenses plurimi portus Europaeis navigiis reserati. Novae interea cum Afganistano exercitu luctae habitae, annoque MDCCXLIV Sindh, Indorum rex, in ditionem venit. Anno

MDCCXLIX iterum arma cum Indis commissa, reditumque anno MDCCCLVII ad pugnam ob excitatam immanem illam seditionem, qua tandem compressa, Indicum Imperium Anglorum regno addictum est. Tunc temporis cum Russis in Chersoneso decertatum, ne Turcarum imperio ii potirentur, iunctusque cum Gallis Anglorum exercitus; quod pariter contigit in Sinensi novo bello an. MDCCCLX. Asciantes anno MDCCCLXXIV in Africa domiti, et Figi insulae in Pacifico Oceano occupatae; inde in sequenti anno, Victoriae reginae Indiarum Imperatricis decretus titulus. An. MDCCCLXXVIII Cypriaca insula armis Anglorum tradita; postea Zulu Africani barbari superati. An. MDCCCLXXXII in Aegyptios exercitus clausisque missa, Alexandria urbs tormentis bellicis adusta, Araby, Turcarum princeps, a Wolsey duce fusus. An. MDCCXC Zanzibar regnum in Anglorum patrocinium additum, moxque Aegyptii Arabesque in novas seditiones excitati, constanti virtute disiecti.

Extremum Transvaalianum bellum fuit, quod iam an. MDCCCLXXVII Angli administrari decrevere, regia auctoritate declarantes civitatem illam sibi imperio adnexam. Edictum vero hoc ad Mayuba-Hill Boerorum victoria inane reddidit; inde eae cupiditates exortae, quae hodierna fata pararunt, tantumque tot annorum laborem, tantum potentiae culmen, tantum auctoritatis fastigium in grave discrimen adduxere.

Fuerunt ex iisdem Anglis qui haec seni Regiae obitum maturasse edicerent: ego causam non inquiero, scio enim commune omnium fatum divino consilio volvi, idque mortalium nemini perspectum. Modo funus hoc sensi novi saeculi monitum, et coram tanto multarum gentium luctu, extrema officia ac venerationis tributum clarissimae Reginae omnibus solvendum.

P. ROSSANI.

Dum hic *Vocis Urbis* numerus praeolo mandatur, civitas quoque Italica universa in sumnum incidimus luctum:

JOSEPHUS VERDI

Italorum nunc maxima gloria, fato concessit!

De viro eiusque operibus immortalibus in proximo numero dicemus; quamquam « tanto nomini nullum par elogium »!

Vox Urbis.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

In **Austria** expletis ubique per Imperii regionibus comitiis de popularibus oratoribus ad leges ferendas eligendis, prima eorum sessio in diem ultimam Ianuarii mensis indicata est.

In **Bulgaria** qui publicis operibus summi administrant, sese a munere abdicarunt.

In **Gallia** rogatio de religiosis sodalitiis coercendis minuendisque vehementissime agitata. Waldeckius tandem, administratorum princeps, longo sermone pro rogatione dixit: sese nimurum eam obtulisse ad reipublicae libertatem iuraque tuenda neve religiosi sodales in eam machinationes instruerent. Oratores populi, oratione auditae, ut eius exemplar ubique per Galliae oppida evulgaretur publico impedio decreverunt.

In **Germania** De Bulow, summum Imperii munus gerens, fusam ad populi oratores orationem habuit de commerciis agrorumque cultu provehendo: legati inter oratores deinde affecti, qui Wilhelnum salutatum irent

ob solemnia, quae celebrata sunt, de centenaria die, a Borussico regno condito iterum redeunte.

In **Italia** apud Senatum primum, deinde inter populi oratores conventus resumpti.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Synopsis rerum moralium et iuris pontificii alphabeticum digesta, et novissimis SS. RR. Congregationum decretis aucta in subsidium praesertim sacerdotum, auctore BENEDICTO OIETTI S. I. in Pont. Athenaeo Gregoriano Doctore. — Romae, via del Seminario, 120.

Moralis theologiae iurisque pontificii opus novissimum est, quod lectoribus exhibemus. Utilitate eius nulla maior, quippe tantam doctrinæ molem alphabeticum ordine digestam praebeat. Inde et verbum quodvis et paragrapnum, prout necessitas urget, facillimum est reperire, quaeve ad singula pertinent, addiscere. Opin'ones, quas ultra scriptor docet, tutissimae iuxta recentissimas Sacrarum Congregationum sententias enucleatae. Praecipua adsunt, suis quaque locis inscripta, quae novissima haec tempora propius attingunt, sacrificisque ministris graves nec minimas plerumque difficultates praeseferunt. Hoc libro parochi, iurisperiti prae manibus semper utentur, tamquam doctrinæ thesauro omnibus adjunctis accommodato. Qui autem sacris canonibus student addiscendi auxilium praevalidum illud experientur. Quare doctissimum atque opportunum maxime opus clericis cuiusvis ordinis utilissimum futurum existimantes, ipsis omnibus commendamus.

I. A.

AENIGMATA

I.

Sume duas voces: timidam notat *una* vagamque Bestiolam, murmur quam fugat exiguum.

Altera vox ordo est, mortali non violandus,

Qui multat sones, innocuosque tegit.

Primae, retrorsum versae, subiunge *secundam*:

Quo conclave tuum condecoretur, habes.

II.

Graeci me clipeum, colubrum dixere Latini.

Fr. PALATA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS

Scripsit PETRUS ANGELINI.

Aenigmata a. III, n. XXIII proposita his respondent:

1) Acer - Cera. 2) Lar - vae.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, *Roma* - Guil. Schenz, *Ratisbona* - Th. Vinas Sch. Piar., *Tarrega* - H. A. Strong, *Bedfordia* - F. Arnori, *Meditano* - F. Szymaitis, *Opitoloki*, in *Lithuania* - Vict. Hoffmann, *Posen* - Fel. de Crucia, *Sparaco* - Rug. Pancaro, *Consentia Brutiorum* - P. A. M. Rovitti, *Cerchiara in Calabria* - Fr. Salares Sch. Piar., *Sabadello* - Abr. Morchio, *Genua* - C. Perazzi S. I., *Mangalore in Indis* - P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Ver. Cariolato, *Vicentia* - Ios. Ant. Schneider, *Monachio* - D. Provost, *Briocen*.

Sortitus est praemium

VICTOR HOFFMANN

ad quem missum est opus, cui titulus:

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO T. A. MILONE

Curante A. CINQUINI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

de centenaria die, a Bo-
deunte.

um, deinde inter populi

SCRIBA.

ECENSIO

et iuris pontificii al-
limis SS. RR. Congrega-
praelestim sacerdotum,
in Pont. Athenaeo Gre-
del Seminario, 120.
tificii opus novissimum
Utilitate eius nulla ma-
tem alphabetico ordine
in quodvis et paragra-
acillimum est reperire,
scere. Opin'ones, quas
taque recentissimas Sa-
s enucleatae. Praecipua
a, quae novissima haec
isque ministris graves
ates praeseferunt. Hoc
anibus semper utentur,
bus adiunctis accommo-
student addiscendi auxi-
ir. Quare doctissimum
clericis cuiusvis ordinis
ipsi omnibus com-
I. A.

ATA

at una vagamque
vagat exiguum.
on violandus,
que tegit.
inge secundam:
retur, habes.

dixere Latini.

Fr. PALATA.

igmatis interpreta-
orem miserint intra-
atis accipiet opus,

RIS LATINIS
ELINI.

sita his respondent:
ar - vae.

Ratisbona - Th. Vinas
ordia - F. Arnoni, Me-
ania - Vict. Hoffmann,
ng. Pancaro, Consentia
in Calabria - Fr. Sal-
o, Genua - C. Perazzi
Pezzana ad Vercellas -
neider, Monachio - D.

NIS
MILONE

MPI, iurisperitus.

et Socii.

PER ORBEM

INNUMERA paene sunt, quae hodierno itineri lugenda occurserunt: sed, prout tempestatem decet, nivalia prae ceteris gravissima. Vapor trahas nonnullas viatoribus refertas, in Odessae fines transeuntes, nix, per omne iter, constanti, infinita copia decidens, circumsepit tandem ita, ut nec progreedi nec regredi fas fuerit. Nivales aggeres undique congesti, quos superare nec maximo quidem labore licebat, bis millia viatorum, alii post alios advenientes, absque cibo et potu angustissimo in loco coegerunt. Tunc, urgente fame, ad belluina quasi ferociam miseri paulatim incitati, alii in alios, non modo manibus, sed etiam armis pugnare cooperunt, ut quae adesserent forte escas certatim diriperent. Legio ad auxilium ferendum profecta; sed et ipsa adeo morata est in via, ut vix post tres dies ad infortunii locum pervenerit. Sexaginta homines interea, audacia extrema iuvante, Ly ad oppidum pervenire, indeque Odessam curribus attigerunt. Urbi praefectus tunc nova per ferreos tramites auxilia mittens eos, qui sospites erant, omnes potuit e mortis discrimine liberare, centum vix exceptis, quos fames et frigus interfecerant.



Schielow per Germaniae lacum, glacie rigente constrictum, curru rotis carente Frohberg et Vanderwoule, Germani pictores, una cum muliere quadam discurrebant, cum fracta repente glacie facie, aquae gelidae utrumque demiserunt; puella tantum mortem vitavit. Idem infortunium Constantiensis in lacu tribus pueris contigit, qui aptatis sibi ad rem calceis, per gloriam delabi gaudebant; e lethali ludo unus tantum ad maternos redit complexus; contubernalis fallax abyssus hausit!



Frigidis calida mala opponuntur. Sloveni agricultae, aemulatione civili ad iram commoti de suis oratoribus ad leges ferendas eligendis, in pinetum Istriae maximum, cui a Trebiciano nomen, ignem dolo malo immiserunt. In Iberia Mucientes cives ultimam sibi ingruere ruinam fere crediderunt ob flamas, quibus maxima regionis pars coripi videbatur; sed, admotis cito remedii, alacrius ipsorum civium militumque labore, aliquot domum ruina ignis rabies satiata restitit. Quid plura? Ad Mancunium, urbem Anglicam, Wilson officinam pileis conficiendis celeberrimam ignis eruptio male multavit, operiorumque decuriam ruinis oppressit.



Morborum minis tot miseranda ingravescunt. Turcis pestifera lues periculum intendit; Russis nova celerrima clades, cui « e tonitu ac fulmine » plebs nomen indidit. Iure igitur Russi fortunae Americanorum invident, quos vetus tantum influentia torquet; novus enim morbus huius similis; sed citissime ad letum adducit. Quamquam in Neo-Eboraci urbis finibus iam ad bisecentum aegrotorum millia eius victimae succiverunt, in Chicaginis autem suburbano ad centum millia. Inde opificia nonnulla suis famulis suisque operariis ita iam carent, ut a rebus gerendis desistere aliquantulum coacta fuerint.



Gaudet itaque nec immerito Viator, cum unum tandem, tot inter adversa, felici exitu noverit evasisse infortunium. Profecto tot peregrinantur,

qui in Russie navi ad Massiliensis redibant litora, tantam Odysseam ipso paene in portu obeundam sibi nemo existimaverat. Navis, ad Rhodani iam horas preperans, in arenam impulsa, maxima circum furente procella, demergi sese paulatim sensit. Mors quinque per dies miserrimus nautis circumvolavit. Qui e Faraman peninsula auxilia submittere per naviculas, aut per funes, incredibili audacia ter quaterque conati fuerant, inanem sese operam facere diu crediderunt. Nec tamen a conatu recesserunt, quoadusque naviculae duae, e Carro exque Sancta Maria oppidulis profectae, navem attingunt. Tunc deictis funibus ad litus, mulieres primi ac pueri, deinde alii omnes naufragi, ultimus navis praefectus sospites evasere.



Sed haec profecto auxilia facilime conlata essent, si Morse ferreum navigium, marinas eductum noscere abyssos, praesto fuisset. Eo enim conclusi Lanessan et André, bellicarum rerum terra marique Gallici administrisi, tutissimum patiter ac delectabile itei, Cherburgensis sinus sub undis, experimenti modo expleverunt. Narval interea gemina navis haud procul et ipsa per profundum maris circumbat: utrique autem additum quoddam speculum longo funiculo navi adligatum, quo supernatante, licebat abditis viatoribus ex imis suis tenebris omnia, quae super mare fierent, aut moverentur, videre. Iamque unum hoc Deos adprecor ut et mihi tam tuta, tam quieta, tam nova circumundi ratione iter facere brevi contingat... Novum aliquod infortunium in profundo mari forsitan referre dabitur!

VIATOR.

VARIA

Litterarum opus immane.

Litterarium opus, non camelorum sed elephantorum onus, nam terceta et quinquaginta chilogrammata pondo est, nuper in urbe Washington absolutum narratur, quo universa Americani belli, cui a secessione nomen, penitus per minima continentur. Centum et viginti et octo libros enumerat, amplos iuxta mensuram, quae dicitur in octavo maior, typographorum sermone; libri singuli mille paginis constant, accedit ad gratiam et absolutionem liber geographicus ac topographicus gigantea dignus manu, qui triginta et quinque tabulas habet. In summa igitur

habes paginas 128 000. Quas si vir fortissimus et constantissimus ita legerit ut centenas quotidie decurrat, quatuor distentus annis immanis laboris aut oculorum aciem perdet, aut intellectum amitteret; forsitan utrumque.



Ubi primum locatitii currus omnibus pervii?

Anno 1661 Parisiis primus Blasius Pascal tales posuit, quibus uti cuivis, quinque obulsi datis, licet, et quo vellet veheretur. Hinc « omnibus » nomen, quia omnibus paterent. At regii epistolis caustum est uti ii commodo civium essent, qui nec proprium currum haberent, nec lecticami et lecticarios, nec ita pedibus valerent, ut libere possent abire. At cautum quoque est in consessu optimatum, ne milites, ne domestici, neque operarii, neque villici iis uterentur. Pascal demortuo opus omne concidit, et frustra anno 1817 Burdigalensi in urbe tentatum; anno 1826, apud Nannetes. Parisiis denum anno 1828 rursus inchoatum feliciter peractum, et ita crevit in annos, ut hodie fere nulla via Parisiensis sit, neque omnium urbium, per quam longa locatitiorum series currum, equis, vapore, electride rapientibus, non vehatur, et civium et advenarum magno cum commodo, et magna cum utilitate civitatis.



Loci.

Trebatus interdum Hectorem, unicum suum vix decennem, repererat dum tabaci sumum aspirat. Saepe de pernicie fumi monuerat, sed frustra; nam et ipse Trebatius fumo eodem non medicriter delectabatur, ideoque quod voce monebat, subvertebat exemplo. Attamen ea patri cura erat, ut ab eo more filium averteret. Iuxta vaporiveharum stationem erant, filiusque mirabatur ferreas illas ingentes machinas. At pater suspirans: — Miraris, fili mi; miraris;... potius defle. — Tum Hector: — Utquid, pater mi, fleam? — Quia — Trebatius inquit — triginta inter annos penitus senescent, confringentur ac debentur. — Et quis — quaequivit puer — tanta calamitatis et clavis auctor, et quae causa? — Intremisce, fili mi — Trebatius respondit vultu gravis et voce — intremisce; fumum exspirant, uti tu facis. — Tunc filius plangere coepit, et inter singultus et lacrimas: — Heu me orphanum! heu me desolatum! — clamabat. — Tibi, acrius me fumum nicotianum exercenti, vix annus vitae superest, o pater!

P. d. V.

SOCIIS MONITUM

NONNUNQUAM ad nos socii scripserunt dolentes hunc vel illum commentarii numerum suo tempore sibi non remissum; quin etiam interdum binos vel ternos quoque simul allatos.

Volumus itaque socios omnes certiores, diligentissime munus nos apud diribitorum exsequi, et a culpa longissime abesse. Profecto qui subnotationem non recto tramite, sed per bibliopolas fecerunt, neque iisdem praeceperunt, ut nomen eorum patefacerent, ipsi seriis commentarium accipient, cum bibliopolae committenti commentarium inscribere teneamur...

Ceterum quivis *Vocis Urbis* numerus fortuito amissus rursus a nobis petatur, qui rationem habebimus: subnotatio autem et alia omnia semper mittantur ad **Aristidem Leonori equitem**, commentarii *Vox Urbis* possessorem et administratorem, **Romam, via Alessandrina, 87.**

A SECRETIS.

* FIDES *

quod musicum organum

STRADIVARIUS

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii *VOX URBIS* administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

ILIBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eundem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur praecipuos casus qui in Iubilao proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur. Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. *Vox Urbis* administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

Nuperrime prodierunt

LA

SETTIMANA RELIGIOSA

VICARIATUS URBIS COMMENTARIUS AUTHENTICUS

Pretium annuae subnotationis est in Italia lib. 6; ubique extra Italiam lib. 8.

Subnotatio fit Romae, via dei Chiavari, 6.

L'ATENEO

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

• BIS IN MENSE EDITUS •

Pretium annuae subnotationis est in Italia lib. 6; ubique extra Italiam lib. 8.

Subnotatio fieri potest apud HYACINTHUM MARIETTI - Romae, piazza S. Luigi de' Francesi, 29; Augustae Taurinorum, via Bonafous, 5.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. *VOX URBIS* Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii *VOX URBIS* dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. *VOX URBIS* Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCMI
(Vid. in secunda operculi pagina).